Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Monialis

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

aureæ acceptæ. Facchineus, & alij. *part. 8. tr. 7. reſ. 19.*

MONIALIS.

Monialis.

VIde V. *Abbatiſſa* V. *Clauſura.* V. *Ingredi Monaſteria.* V. *Acceſſus.* V. *Alloqui.* V. *Paupertas Religioſa*

Tenetur ad diuinum officium.

1 Moniales tenentur extra chorum recitare diuinum officium, ratione ſtatus regularis, & eccleſiaſtici irreuocabilis *par. 9. tractat. 6. reſolutione 7.* Vide V. *Hora Canonica, numero 12.*

Si curet abortum per venenũ nõ incurrit excõmunicationẽ can. qui ſuad.

2 Monialis venum potans, aut venam abſcindens, vt abortum faciat, non incurrit excommunicationem can. *Si quis ſuadẽte;* quia etiamſi hunc canonem extendamus ad percuſſionem ſui ipſius, ea deber eſſe contumelioſa, & violenta, qualis non eſt ſupradicta. Ita Molina *de iuſt. tom. 4 tract. 3. diſp. 51. num. 4. par. 3. tractat. 5. reſol. 81. §. Sed quidquid ſit. & par. 7. tract. 5. reſ. 40.*

Et ſi prorũpit in mare remanet libera à votis emiſſis.

3 Monialis prorumpens in marem tenetur ſecundum Portellium *verb. Profeſſio Hermaphroditi, num. 4.* intrare Religionem virorum; quia reuera profeſſa eſt, & emiſit tria vota ſolemnia, & multa inſuper, quæ non vrgent in Religione virorum, quæ eſt benignior. Sed ego contrarium teneo cum Texeda *lib. 1. tr. 1 contr. 8. dub. 1. num. 18* quia talis fœmina non eſt profeſſa, niſi in quantum vera fœmina, & iuxta hanc rationem profiteri intendit, & non aliter; ergo cum euaſerit mas, profeſſio eſt nulla, & ſic poteſt matrimoniũ contrahere, ac etiã Sacros Ordines ſuſcipere. *part. 5. tr. 14. reſ. 49* *. Sed circa hanc quæſtionem ne deſeras videre Bordonum *.

Poteſtque vxorem ducere.

Poſſũt petere dotẽ an puella ingrediẽte in monaſterium ſine ſimonia.

4 Moniales monaſterij diuitis non incurrunt ſimoniam, ſi petant dotem à puella volente monaſterium ingredi. Villalob. & alij excuſant illas propter conſuetudinem. *part. 9. tract. 7. reſolutione 29.*

Moniales Turris Speculatorum Romæ gaudẽt priuilegio fori, & canonis.

5 Moniales Turris Speculatorum Romæ, etſi viuant in communi, & in monaſterio, tamen non ſunt Religioſæ nec earum vota ſunt ſolemnia, poſſunt nubere, & validum eſt matrimonium, tamen peccant, & è monaſterio egredi poſſunt, & gaudent priuilegio fori, Canonis, & exemptionis gabellarum. Sanctar. & alij. *Vendere, num. 14.*

MONOPOLIVM.

Monopoliũ quid? Quãd cõtingat Et an etiã inter emptores?

1 ✠ MOnopolium dicitur mercatorum conuentio, ſeu pactum, vt nemo illorum talem rem vendat infra tale pretium. Eſt contra iuſtitiam, etiamſi mercatores conſpirarent, vt nullus eorum vendat, niſi pretio ſupremo iuſto Vide *verb. Vendere, numero 14.* Extenditur etiam monopolium ad ſignificandam conuentionem emptorum, ne rem ſupra tale pretium emãt. Non tamen eſt iniuſtum, ſi conueniant ad non emendum ſupra pretium iuſtum, dummodo emant iuſto. Vide *Emere, num. 1.* †.

MORIBVNDVS.

1 DE Baptiſmo, Abſolutione, Cõfirmatione, Communione, Extrema Vnctione, Sepultura, & Teſtamento, dictum eſt ſub propriis harum materiarum nominibus Dictum eſt etiam *Attritio, numero 3.* moribundum, qui cum attritione cognita ſua peccata confeſſus eſt, bene facere, ſi conetur contritionem perfectam elicere, non tamen ad id teneri.

Moribundus tenetur vulnerãti far la remiſſione. Si illi cauſam dedit.

2 Vnum hic dicendum ſupereſt, nimirum, quod moribundus vulneratus, vel aliter offenſus ex cauſa, quam ipſe lædenti dedit, tenetur in conſcientia iniuriam, & offenſam illi remittere, vulgò *farci la remiſſione*, quia ille iuſtè ſe defendit, ſi ipſe dedit illi cauſam, inuentus verbi gratia, cum eius vxore, vel conſanguinea &c vnde ſibi ſuam offenſam imputare debet. Si verò non dedit illi cauſam, tenetur quidem odiũ,